UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Si tabulæ testamenti extabunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

LEX XIII.

Dicto. Ho. ex hac l. que sit causa capitalis. Simile in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. supra qui satisf. cogan. ꝛ in l. ij. de publi. iudic.

LEX XIIII.

1 ¶ Agnoscere bonorum possessionem videtur quis, quando est certus de viribus testamenti, ꝛ illud dicit falsum.
Certus quando quis possit esse testamentum esse falsum, quando dicitur falsum facto alieno.
2 Proponens querelam inofficiosi, in dubio videtur proponere animo adeundi.
3 Certus de testamento, si proponit nullitatem testamenti videtur adire.

a **Cum quidam.** [a] Qui dicit testamentum fal-
1 sum, videtur bo. pos. agnoscere. si de testamenti viribus certus erat h. d. no. lex. Op. extra gl. dicitur hic, quod forte erat certus accusationis. Contra, quando testamentum dicitur falsum facto alieno non possumesse certus, l. cum falsum. §. de acq. her. Sol. Oportet te intelligere sic, quod proferebatur testamentum factum certa die: ego sum certus quod istud testamentum est falsum, quia tota illa die fui Rome cum testatore. Ista est respõsio Accursij in simili in l. Pantoninus. §. rei. §. de acq. her. ¶ Secundo opponitur extra gl. de l. quemadmodum §. de inoff. testam. vbi agendo de inofficioso, non videtur agnoscere hereditatem, ꝛ de l. Antistius. ꝛ quod ibi per Dynum. §. de acq. her. Sol. † Aduerte, quando est certus, quo animo
b quis proponit querelam. [b] vel actionem falsi, vel nullitatis, tunc stamus certo, vt in legibus contrarijs. Si vero est dubium, quid tenendum? Dic quod in querela inofficiosi in dubio videtur proponere animo non adeundi, l. Antistius. ꝛ d. l. quemadmodum. Et hoc puto verum. Ratio, qꝛ tunc cum querelam propono, si vellem tunc adire, non possem ab intestato, quia tunc testamentum durat. l. quandiu. de acquir. her. ꝛ l. antequam. C. communia de success. ideo non propono vt adeam, sed vt parem mihi viam adeũdi. Pro hoc quod no. in l. j. §. si parendi. §. de cond. ob cau. ꝛ l. iam dubitari. de her. inst. Sed quando propono querelam falsi, tunc si sum certus de viribus testamenti, quod est falsum incontinenti possem adire, si vellem, l. cum falsum. §. de acq. here. ꝛ incontinenti possem proponere bo. pos. vt hic, ideo, pponẽdo videor agnoscere, vt hic. arg. l. iam dubitari, ꝛ ibi no. de her. insti. Si vero non sum certus de viribus testamenti, tunc idem ꝙ in querela inofficiosi, qꝛ nõ videor proponere animo adeundi. arg. l. quemadmodum de inof. test.
3 ꝛ l. Antistius. prealle. In iure vero dicendi nullum, dico idem qõ in causa falsi, qꝛ si quidem causa nullitatis reddit me certũ, tũc statim possum adire, nec est necesse ꝙ petã annullari a iudice, qꝛ ius annullat. l. que sub conditione. §. fi. §. de cond. insti. ꝛ ideo cum propono nullitatem, videor adire, l. suus. §. de acq. her. Si vero sum incertus de nullitate, tunc idem quod in querela inofficiosi, vt dixi in querela falsi, qꝛ nõ sum certus de viribꝰ testamẽti, ꝛ sic nõ possem adire. l. sed ꝛ si de sua. de acq. he. Op. ad allegata. in gl. ꝙ prouidẽdo in vno, nõ videor prouidere in alio, l. si seruus. j. vt, bo. rapt. ꝛ no. §. de alie. iud. mu cau. fac. l. itẽ. in pri. Dixi in l. si seruꝰ. ¶ Sꝛ op. ꝙ impugnetur hic, cur simul ꝛ semel oẽs non proposuit, sicut dicimus in tutore, cui imputatur, si omnes excusationes non proposuit simul, l. scire. §. scire. §. de excu. tut. ꝛ Instit. de excu. tut. §. qui autem. Sol. vt in gl. ꝛ idẽ puto hodie, cum proponendo excusationẽ sufficit, vt videat agnoscere, vt hac lege, hic loquitur qñ fuerunt proposite intra tempus, intra ꝙ possunt propon. ¶ Quero quid si fuerunt proposite post. Hic sunt due gl. que videntur sibi contrarie. ꝛ est prima glo. ꝛ vltima. Sed veritas est, quod prima gl. loquitur quando de viribus testamenti erat incertus, ideo tẽpus non currit, sed secunda gl. loquitur, quando erat certus de viribus testamenti, ideo si intra tempora non proposuit, sibi imputatur, ꝛ tempus currit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cum quidam. Vide Bal. in l. j. C. de iure deli. lib.
b ALEX. ¶ Proponit querelam. Adde Bar. in l. posthumus. §. fi. §. de inofficio. testa. ꝛ vide l. iij. ꝛ ibi no. per Bal. C. de repu. he. per Jno. in l. filio preterito. de imu. rup.

LEX XV.

Paulus. Ho. tex. ibi, nisi is qui ꝛ c. Opp. ꝙ per matrẽ acquirat dominũ filio. l. die spõsalitiũ. §. depõsi. ergo ꝛ bo. pos. Hi, sol. sed non placet, quare, dic, ꝙ dominium acquiratur filio, verum est, ratihabitione secuta, ꝛ ita hic esset. Itẽ op. ad finem hic innuit, ꝙ impuberi queritur incontinenti, si iudex vult. Contra. §. eo. l. iij. §. ac-
a quirere. Sol. Credo hoc verum in impubere, in cuius persona potest iudex officium tutoris assumere l. bonorum. C. eo. tit. sed in impubere maiore, non credo quod queratur sine ratihabitione. vt legge contraria, ꝛ ita intelligo. l. seruus. §. eo. ti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Verum in impubere. Ho. quod si aliquis agnoscit bono. pos. pro pupillo sine mandato, sibi queritur ante ratihabitionem, ꝛ hic erit casus in quo hodie erit necessaria bonorum poss. pro quo vide quod dixi post Bart. in l. certum. C. vnde leg. ꝛ not. Bal. in rub. C. qui admit. in vj. q.

LEX XVI.

Toties. In tex. ibi, ceperit, scilicet post ratihabitionem. Opp. de l. si quis alicui. §. de acq. her. Sol. Hic habuit ratum antequam in furorem incideret, ꝛ hoc quod dicit ratum habuisse, intelligo de iure, quia valet ratihabitio.

TITVLVS II.

Si tabulæ testamenti extabunt.

¶ **Circa** Rubricam gl. querit tres questiones. Primo in quo differt iste titulus a titulo, si tab. tes. nulle extabunt. Secundo, que sunt cõmunia, ꝛ in quibus conueniũt bo. pos. secundum ꝛ contra tab. Tertio, que sunt illa, in quibus differt, bo. pos. contra tab. ꝛ bo. pos. secundum tab. Dic vt in glos.

LEX VNICA.

1 ¶ Scriptum proprie non dicitur, quod sensu percipitur.
Testis, qui reddit rationem per verbum credit, non probat.
2 Instrumentum si a principio producitur non cancellatum, nec vitiatum, si postea apparet vitiatum non nocet.
3 Hereditas de iure ciuili adiri potest. ꝛ legatum debetur licet testamentum sit inconsulte deletum.

1 **Heredi.** Ho. quod non põt dici proprie sens. prim. ꝙ sensu non percipitur, sed oculis debet videri. Simile in l. j. circa prin. §. de his que in test. delen. quod facit ad dictũ testis qui reddit rationem per credit. qꝛ nõ valet, sed deberet dicere, qꝛ vidit, vel audiuit, vel per aliquẽ sensum corporeum. Facit l. qui testamento in fi. §. de test. ꝛ p r Jno. in c. cum
a causam. extra. de iesti. Secundo, no. [a] ꝙ sufficit instrumẽtũ nõ esse cancellatũ, nec vitiatũ tempore quo producitur in iudicio, ꝛ licet postea reperiatur vitiatũ, non nocet, vt h. c. ꝛ ideo si reperiatur in libro notarij, talis producit instrumentũ nõ cancellatũ nec vitia-
b tum, si postea reperiatur cancellatum, nõ nocet, [b] qꝛ sufficit fidem imponi chartulæ in initio. vt C. de fide instru. l. vlti. ꝙ tenementi. Opp. ꝙ si deletum est testũ, non detur bo. pos. l. nostram. C. de testa. vbi no. ꝙ sufficit testamentum extare tẽpore mortis. Sol. Hic inconsulto fuit deletus, ibi vero, consulto, vt plene no. in l. j. de his que in test. delen. Item op. de l. j. §. sed si legi. ꝛ §. j. §. de his que in test. delen. Sol. hic quantum ad bo. pos. fm tab. sed quantũ ad legata, vel ad hereditatem non procederet hec lex. qꝛ licet testamen-
3 tum sit inconsulte deletum, legata debent, ꝛ adiri põt hereditas de iure ciuili. no. in l. j. §. sed consulto. §. de his que in test. delẽ. Ultimo vide glo. que incipit. id est, ex presumptione. ibi ar. contra. de codi. l. fi. Sol. ista concordat. Item ibi l. errore. sed hic fuit nomen heredis scriptum, ibi fuit omissum, heres esto. vel ibi, quãtum ad aditionem de iure ciuili. hic quantum ad bo. pos. secundum tab. vt §. dixi. sed prima plus placet.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Secundo no. Et vide Bal. in l. certum. propc prin. vnde legit.
b ALEX. ¶ Non nocet. Si reperitur in lib. notarũ, talis produxit instrumentum non cancellatum, non nocet. Et vide Bald. in l. ii vnus. in fi. ꝛ l. nostram. C. de testa. ꝛ in l. gesta. in fi. de re iudi.

TITVLVS III.

De bono. possess furioso, infanti, muto, surdo, cœco, competenti.

¶ **Dicit de** Bo. pos. in genere, sed qꝛ est tractaturus de bon. pos. in specie que datur quinque personis hic enumeratis, de primis duabus dicitur in l. j. de alijs dicitur in l. fi.

LEX I.

1 ¶ Curator furiosi agnoscit bonorum possessionem ad furiosi commodum.
2 Subst. tutus admittitur quando institutus differt adire, nec contra eum potest subueniri.
3 Bonorum possessio que defertur infanti est iuris, ꝛ trãsmittitur.